



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias
Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam,
Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

**Chokier, Érasme de
Coloniae Agr., 1684**

Quæstio 108. Ordinatus si procedat contra Exemptos auctoritate
ordinaria, cûm delegata debuerit procedere, an exempti recurrere possit
ad conservatorem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61908](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61908)

SUMMARIUM.

1. Ordinarius multa potest auctoritate delegata in exemptos, quae ordinaria non potest.
2. Processus ordinaria auctoritate vincitur, si delegata auctoritate factus non sit.

Nulla potest ordinarius auctoritate delegata, qua auctoritate ordinaria non potest, sicuti auctoritate ordinaria negligentiam Praelatorum non supplet, delegata vero supplet, *Clem. 1. de supplenda neglig. Praelat.* ita auctoritate ordinaria non cognoscit de causis exemptorum, delegata vero cognoscit in casibus sibi a Concilio Trid. sess. 6. cap. 3. & 4. sess. 7. cap. 6. & 7. sess. 13. cap. 5. sess. 14. cap. 4. sess. 21. cap. 3. 5. 7. 8. sess. 22. c. 1. 8. 10. 11. 14. sess. 25. cap. 89. de Refor. attributis, unde patet, ut si auctoritate ordinaria procedat, cum delegata procedere debuerit, ejusmodi processus vitio & defectu jurisdictionis non obstat, *Wames. conf. 463. nu. 4. de Regularibus* tomo 2. qua de re vide etiam questione sequenti.

QUESTIO CIX.

In dubio an ordinarius procedere ordinaria vel auctoritate delegata censendus sit.

SUMMARIUM.

1. In dubio potius ordinaria, quam delegata auctoritate processum praesumitur.

Mullum ut scripti refert, qua auctoritate procedatur ordinaria vel delegata *Menoch. lib. 2. praef. 17. per tot. quem laudavi alio in loco lib. 1. de Jurisdic. Ord. in Exempt. cap. 14. nu. 7.*

Sed quid dicemus, cum ut est proverbium, in qua haeret seu in dubio. Et quidem Dominus Wamesius, *conf. 465. nu. 2. de Regul. tom. 2.* quid hac in re censet, expressit his verbis, sicut naturalis & communis seu ordinaria causa in quocumque dubio & in plures partes protendente actu potius quam accidentaria praesumitur. *l. qui habet ff. tutelis, praeterim ubi naturalis & accidentariae concurrentis non permittitur, glo. in d. l. i. qui habet,* ita quoque in exercitio iurisdic. concurrente in eundem iudicem ordinaria & delegata potestate, praesumitur potius exercitium ordinariae quam delegatae tanquam accidentariae jurisdictionis, & iudicem utraque hac qualitate praeditum, potius ut ordinarium, quam ut delegatum actum jurisdictionalem facere per respectum ad naturalem seu ordinariam potius quam accidentalem